Fragmentarium

xviii De collectiuis et absolutiuis
xix De temporalibus et localibus.
xx De quatuor propriorum nominum
speciebus. Explicit ca
pitula. Incipit praefatio

Corporis est species species est
altera rerum. illa suam formam conti
net illa suam.
Conspicua est uisu manibus pal
pabilis illa excepta nostris. uisibus
illa manet.
Nominis hic species pulcre distin
guntur omnis que bipertito gurgite co
pia manet manat.
Nomina grandeum complectens omnia
mundi scilicet etherei lucida parua
poli.
Post telluris aque coniungit et omnia
rerum. diuidit in formas nomina
iure duas.
Omnibus aptatus est uiut discretio
formas. ut teneant cuncta. nomina
iura sua.
Et calamo rector satagit distin
guere calles. per quos docti loquens
currere possit homo.
Concedit proprius proprium concedit et illis
appellatiuis nomen habere suum. Ex
plicit praefatio. Incipit de qualitate
tractare. Cur dicatur qualitas. I.

Qualitas dicitur quia propriis no
minibus propria. et appella
tiuis appellatiua est uiut qualitate.
que in proprium nomen et appellatiuum
principaliter cognoscitur esse diuisa. De
proprii et appellatiui nominis diuisione. II.

Proprii et appellatiui nominis hec
est prima uera que diuisio. Proprium
nomen est creator quod uni tantum
soli que ueraciter pertinet creatori. qui
ipse dixit. et facta sunt. ipse mandauit
et creata sunt. Appellatiuum uero
nomen est creatura. quod omnibus ge
neraliter competit creaturis. que omnia
in pondere et numero et mensura
dinoscuntur esse creata. In his du
obus nominibus. et unius creatoris.
et totius generaliter qualitas comprehenditur
creature. De quatuor principalium di
uisione nominum appellatiuorum. III.

In creaturis autem quatuor princi
pales inueniuntur esse diuisiones.
ex quibus multiplices post modum
diuisionum species generantur. Pri
ma nominum diuisio est. corporalium
et incorporalium rerum. Secunda ani
malium et inanimalium rerum. Ter
tia. propriorum et appellatiuorum. Quarta
generalium et specialium. In his
quatuor diuisionibus omnium appella
tiuorum nominum qualitas continetur.
Nam de istis primitiua et diriua
tiua diminutiua et quasi diminutiua.
Omonima et synonima. patrono
mica et possessiua. medie significa
tionis et qualitatis et quantitatis.
Gentis et patrie. Numeri et
ordinis. Ad aliquid dicta. et ad a
liquid qualiter se habentia. uerbialia.
et participialia. uerbis similia et
participiis similia. Collectiua et
absolutiua. Temporalia et loca
lia nascuntur nomina. Prius de
istis quatuor diuisionum speciebus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.22, 1v – Smaragdus, Liber in partibus Donati; Versus de monachis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ev0h/5252/49860)